

## **Werk**

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG\_0171

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## **Terms and Conditions**

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## **Contact**

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

bernatore Antonio van Diemen erutum est, ubi ingens truncus locatus erat, quem tres viri vix complecti poterant, in rudeto, qui spatio triginta annorum in tantam crassitiem excreverat.

*Ufus.* Non peculiarem hæc arbor hominibus præbet usum, fructus enim ejus avibus cibo inserviunt, nec ejus folia eduntur, saltem non cruda, sed tantum a plebe piscibus adcoquantur, similique modo eduntur, quo ista domesticæ Grossulariæ. Crassorum truncorum lignum seu alæ (quum sint duriores quam in ullis aliis Varingæ speciebus) capreolis inserviunt navigiorum Corre Corren dictorum, de quibus capite primo fuit actum, ad quem usum hæc species melior est ista latifolia: In exstruendis calcariis fornacibus tanquam foci lignum adhibetur, aliis mixtum lignis, quum rite siccatum flammam facile concipiat, diuque ignem foveat.

Peculiaris hujus quoque invenitur species *Nunu Alulæ* seu *Laguayn* dicta, cujus truncus similis est priori, ac folia ejus sunt crassa, firma, & glabra, ramuli vero plurimis parvis onusti sunt fructibus, haud multo majoribus femine Catjang, qui dura constant carne, ac plerumque virides sunt, licet maturi, quique multum assantur & eduntur, saporemque habent Catjang, ejus vero folia cibo non inserviunt.

### Tabula Octogesima Nona

Ramum exhibet *Grossulariæ silvestris*, quæ *Iffe Poeti* vocatur, estque *Tsjela H. Malab. part. 3. Tab. 63.*

## CAPUT QUINTUM.

### *Varinga parvifolia. Waringin Daun Kitsjil.*

**T**ertia Varingæ classis est parvifolia, quæ vulgarissima est, & elegantissimam gerit comam, dividitur autem in altas ac humiles species.

Primo alta species in initio flagellofus frutex est, qui alias ascendit arbores, ipsasque strangulat, sensimque excrefcit in altam & amplam arborem, cujus truncus ex multis quoque flagellis compositus est, quæ in hac specie notabiliora & copiosiora sibi incumbunt, primarius enim truncus plurimas emittit fibrillas, quæ ex ipso deorsum vergentes terræ sese infigunt, ibique radices agunt, atque juxta majorem truncum sese iterum erigunt: Hujus arboris coma elegantem & speciosum præbet aspectum, quodvis enim folium vulgarem habet formam, inferius rotundum, ac sensim acuminatum, Lingoi folio simile, sed minus & firmius, glaberrimum, æquale, & læte virens, tenuibus pertextum venulis, instar foliorum Caryophylli, verum non ita sunt parallelæ, sunt autem tres pollices longa, binos digitos lata, atque in apicem definunt notabilem. Ejus ramuli sunt longi, teretes, & ob foliorum numerum plerumque dependentes, ad quodvis folium brevem apicem gerentes, ex quo alia folia & ramuli propullulant, ita ut arbor densam formet comam, gratamque præbeat umbram, si nempe sit humilis, alta enim ramos suos ample & irregulariter extendit.

In ramulis prope foliorum ortum fructus excrefcunt solitarii, bini, & terni, sessiles, formam grossularum referentes, inferius nempe angustati, superius rotundi, magnitudine Ervi seu Pisorum, primo ex viridi & luteo variegati, albisque punctulis notati, dein sanguinei, ac pauci horum nigrescunt, quum per aves non tam diu in arboribus supersint; intus autem repleti sunt plurimis granulis mollibus, fructus vero hi ficci sunt & insipidi, rubri autem succosiores sunt nigris, videnturque tum ab avibus magis expeti, quum forte ipsis rubri melius sapiant nigris.

Hæc species ex cunctis ramis ruffa seu mellinum colorem habentia emittit filamenta crassitie fili velorum, quæ tanquam tenuia & longa flagella deorsum dependent, sique terram adtingere non impediuntur, radi-

melahas hoofstavigheid, Anno 1637. door den Generaal Antony van Diemen, veroverd, een zeer groote stam, die drie mannen pas omvademen konden, regt op een steenhoop staande, en gegroeyt in de tyd van 30 jaren.

*Gebruik.* De menschen hebben geen zonderling gebruik van dezen boom, want de vruchten werden voor de vogelen gelaten, en de bladeren eet men niet, immers niet raauw, maar alleenlyk werdenze van 't slegte volkje by visch gekookt, en als dan gegeten, gelyk men met die van de tamme Grossularia ook doet. Het hout van de dikke stammen of vlerken (om dat het harder is dan de andere Waringen) wert gebruykt tot de krullen van de Corre Corren, waar van in 't eerste Kapittel gesproken is, en waar toe deze soort bequamer is dan de breedbladige. In 't maken van kalk-ovens wert het ook tot brandhout genomen, dog onder ander hout gemengt, om dat het winddroog zynde, wel brand en lang vuur hout.

Nog hebbenze een byzondere soort hier van, genaamt *Nunu Alulæ* of *Laguayn*, met een stam als de voorgaande, een dik, styf, en glad blad, de ryskens zyn bezet met veele kleene vruchten, niet veel grooter als Catjang, hard van vleesch, en meest groen blyvende, derwelke veel gezoden en gegeten werden, smakende als Catjang, maar 't blad wert niet gegeten.

### De negen-en-tachtigste Plaat

Vertoont een Tak van de wilde Bessé-boom, *Iffe Poeti* genaamt, welke is de *Tsjela* van de *Hort. Malab. derde deel Tab. 63.*

## V. HOOFDSTUK.

### De kleynbladige Waringe-Boom.

**H**et derde geslagt der Waringen is 't kleynbladige, zynde 't gemeenste en fraayste van loof, onderdeelt in hooge en laage zoorte.

*Eerstelyk:* De hooge zoorte is in 't eerste een beestachtig touw, die andere boomen bevattende en dezelve verstikkende, metter tyd een hooge en breede boom wert, wiens stam insgelyks uyt veele strengen gemaakt is, die in dit geslagt merkelyker en menigvuldiger over malkander leggen, want de eerste hoofdstam zend veele worteltjes uyt, derwelke langs dezelve aflopende, in de aarde wortelen, en aan de hoofd-stam vast groeyen; 't loof van dezen boom is lustig en fraay om aan te zien, want yder blad is van gemeene gedaante, agter rond, en allengskens toegespitst, het *Lingoo*-blad gelyk, dog kleender en styver, zeer glad, effen, en blyde-groen, met fyne adertjes doorregen, gelyk de Nagel-bladeren, dog lopen zo parallel niet, drie duymen lang, twee vingers breed, met een merkelyke spits. De ryskens zyn lang, rank, en wegens de meenigte der bladeren meest nederwaarts gebogen, by yder blad een kort spitsje hebbende, daar uyt andere blaadjes en telgen voortkomen, zo dat den boom een digt loof heeft, en een aangename schaduw maakt, te weten als by laag blyft, want hoog werdende, spreyd by de takken vry wat onordentelyk uyt.

Aan de takjes by den oorspronk der bladeren wassen de vruchten, enkeld of twee en drie by malkander, zonder stelen, meede in gedaante van *Vygjes*, te weten achter smal en voren rond, in degroote van een *Ervm* of graauwe erwete, eerst groen en geel, met witte puntjes gespikkeld, daar na bloed-rood, en weinige daar van worden swart, want zy door de Vogels zo lange geen rust aan de boomen vinden. Binnen zynze vol kleene en weeke greyntjes, droog, en zonder smaak, doch de roode zyn zappiger dan de swarte, en 't schynt dat ze als dan daarom van 't gevogelte gezogt worden, als meer smaak daar in vindende, dan in de swarte.

Dit geslacht geeft uyt alle zyne takken roffe of boning-verwige draden uyt, in de dikte van zeylgaren, als dunne lange strengen nederwaarts hangende, en als ze de aarde onverbindert raken, daar in wortelende, doch 't meeste

ces ipsi inmittunt, plurima autem horum florum pars emarcescit, si per casum quendam terram adtingere nequeant, unde & raro novi excrescere observantur trunci, exceptis iis, qui juxta truncum, uti dictum fuit, decurrunt. Fila hæc aliquando miras formant intricaciones, ramusque ex his proveniens irregularis præbet sinus, oculos, & anfractus; ex abruptis autem foliis, ac fauciato cortice albissimum exstillat lac, dulce, atque innoxium.

*Anni tempus.* Fructus maturescunt siccis mensibus Octobri, Novembri, & Decembri, quum psittaci minores Amboinenses, Loeryen & Paroquieten dicti, has arbores magna copia frequentant, qui fructus comedunt, unde & raro in his arboribus conspiciuntur fructus: Inter omnes Varingæ species nulla est tam facile propaganda hæc, non enim tantum per avium feces, si nuclei decidunt, in arborum rimis ac fissuris, quæ cortice constant crasso, propullulant, uti inter cæteras optime progerminant in fissuris Calappi, quæ ad ejus adscensum facilitandum inciduntur, sed in omnibus porro muris fissis, immo in ipsis ædium tectis ipsarumque frontispiciis lapideis.

Sic in Amboina circa annum 1654. ingens lapideum habuimus promptuarium, ex cujus suprema lapidea parte ingens hujus Varingæ furculus excreverat, qui licet sæpius amputaretur, de novo iterum continuo regerminabat, atque tam diu supererat, donec post quatuordecim annos totum dejiceretur ædificium: Omnes promiscue occupat arbores five vivas five mortuas, si modo ejus granula hæc adtingant, quæ tum progerminant, si que illud non impediatur, flagellis suis totam arborem circumvolvunt, ad quam strangulandam non videntur hæc sufficere, quum variæ aliæ plantæ inter hanc Varingam, ac præsertim plures Polypodii, Musci, &c. species excrescant, ita ut perfectam constituent silvam ac solitudinem, atque periculofum & difficile sit ad hos accedere truncos ob angues, Leguanos, aliaque sub hisce latitantia animalia noxia, quæ in hisce antris nidulantur ac sese abscondunt, unde & circa has arbores primum ignis exfruitur, qui hæc consumit plantas, antequam cædantur.

Secundo; humilis species crassiorum gerit truncum præcedenti, licet non altior sit sesqui-viro, atqueque intricata est, ut nil nisi fila ex truncis dependeant: Latius quoque suos extendit ramos, comamque format amplam, rotundam, sed humilem, ita ut e longinquo collem referat fruticibus & plantis ornatum, unde & elegantem præbet umbram: Ejus folia cum illis antecedentis conveniunt, sed plerumque majora sunt, latiora, & crassiora; quorum venæ itidem sunt tenuissimæ, atque ad oras in sinus concurrunt, sunt autem illa quatuor & quinque pollices longa, binos lata: Baccæ prioribus similes sunt sed majores, instar Cerasi nempe nigri, superius latæ & umbilicatæ, inferius angulatæ, quæ solitariae vel geminae prope quodvis folium excrescunt sessiles in ramis, primo rubræ, dein hinc inde nigræ, molliores, nec ita insipidæ quam antecedentis speciei.

Ex hisce ramis fila ista majori copia dependent quam in ulla alia Varingæ specie, ex quibus plura etiam fulcra quasi solida excrescunt, quum hi rami non admodum alti sint, ac intra breve temporis spatium terram adtingant, si e longinquo sub hac arbore oculos convertamus, officinam refert opacam, in qua fila venalia profant.

Rami admodum ductiles sunt, qui tam ample extendi possunt quam desideratur, atque hunc in finem unus alterve furculus permittitur excrescere, ita ut sensim opacum præbeat umbraculum: ad hunc itaque scopum in foris aliisque areis per stipites plantatur, ut gratam præbeat ibi umbram, sponte enim sua in media regione non crescit, nec in montibus, sed tantum circa litora.

*Nomen.* Latine *Varinga parvifolia* & *Microphyllos*; Malaice *Waringin Daun Kitsjil*. Ternatice *Gofforu*, Amboinice *Nuno Laun Maun*, quæ tria nomina unum idemque significant. Balaice *Baingui*, Macassarice *Maramia*: Humilis autem species peculiariter Amboinice vocatur *Nuno Assan*, ex similitudine lati arenosi colli; in Loehoea *Keneboene*. Malabarice proprie *Ittil*, in Hort. Malab. part. 1. Fig. 26. *Ittialu*. Bracmanis *Aréca Goli*.

*Locus.* In cunctis aquosæ Indiæ insulis occurrunt, quæ parvas exhibent varietates juxta locorum varietates

deel dezzer draden verdort, en wert door eenig toeval afgebroken, eer 't de aarde raakt, en daarom ziet men zelden, dat 't nieuwe stammen werden, bebalven als gezegt, 't geene langs de stam afloopt; zomtyds maken deze draden wonderlyke verwerpingen, en de tak, die daar van komt, heeft zeldzame bochten, oogen, en slagen: Uyt de afgebrokene bladeren en gequetste schorsse, loopt een zeer witte melk, die zoet en onschadelyk is.

*Sayzoen.* De vruchten ziet men ryp in de drooge maanden October, November, en December, wanneer bun de Loeryen en Perocquiten (zynde kleene Amboinsche Papegayen) met menigte op deze boomen ontbouden, en de vruchten opeeten, daarom men zelden vruchten aan de boomen ziet: onder alle Waringen is 'er geene die zo ligt voortgeteeld wert, als dezen, want ze niet alleen door de afgang der Vogelen voortkomt, in de reten van alderhande boomen, die ruyge schorsse hebben, onder anderen in de kepen die men in de Calappus-boomen maakt, om diete gemakkeliker te beklommen, maar ook in alderhande muurwerk, daar een scheur in is, ja zelfs op de daken van de woonbuizen, en uyt de steene gevels.

Zo hebben wy in Amboina omtrent 't jaar 1654. een groot steene Pakbuys gebad, uyt wiens steene geveel een groote spruyt van deze Varinge gegroeyt was, en boewel men hem dikwils afkapte, egter telkens weer uyt schoot, en ook daar aan bleef, tot dat men na 14. jaren het heele gebouw om ver smheet: Geen boom is daar van vry, bet zy levend ofte dood, daar deeze greynjes heen vallen, of zy schieten op, en als men niet daar tegen is, omgeven met bare ranken den gebeelen boom, en als zy alleen niet genoeg waren om dien te verfstikken, zo groeyen 'er nog verscheide andere in, en op deeze Waringin byzonder veete geslagten van Polypodium, Mus &c. zo dat het een geveele weldernisse maakt, en men moeyelyk by deze stammen komen kan, die dan nog onveylig zyn wegens de Slangen, Leguanen, en ander ongedierte, die bun in zyne bollen opbouden, daarom men gemeenelyk deze bomen eerst met vuur omlegt, en de ruygte weg brand, eer men ze omkapt.

*Ten tweeden:* Het laage geslagt heeft al zo een dikken stam als 't voorige, boewel niet boven anderhalf man hoog, zo verward, dat men niet als touwen aan de stam zien kan. Hy breyd zyne takken veel wyder uyt dan de voorige, en maakt een breede, ronde, dog geen booge kruyn, gelykende van verre een zandbeuweltje, zeer dicht van ryskens en loof, en dierhalven een fraaye schaduwre makende. De bladeren zyn 't voorgaande gansch gelyk, doch doorgaans grooter, breeder, en dikker; de adertjes zyn ook zeer fyn, en loopen by de randen met bogen zamen, vier en vyf duymen lang, twee dito breed. De besien zyn de vorige gelyk, doch groter, te weten als een swarte krieke, voor breed met een kuyltje, en agter toegespitst, een of twee by yder blaad, zonder steeltjes, tegen den tak aanzittende, eerst rood, daar na hier en daar swart, werdende weker en smakelyker dan de voorige.

Aan deeze takken ziet men de voornoemde touwetjes in veel grooter meenigte afhangen, dan aan eenige andere Waringe-geslachten, waar van ook veele massieve pilaren komen, om dat deze takken niet boog staan, en in 't korte de aarde konnen beryken, als men van verre onder dezen boom ziet, zo gelykt het een donkere winkel, daar garen te koop hangt.

Men kan de takken zeer gemakkeliker lyden, zo breed men wil, en men laat hier en daar een pilaar groeyen, dat 't metter tyd een donker verwulfelzelschynt, tot dien eynde wort hy met stokken op de marktplaatzen en andere pleynen geplamt, om de schaduwre daar van te genieten, want van zelfs waft hy niet landwaart in, nog in 't bergte, maar alleen omtrent de stranden.

*Naam.* In 't Latyn *Varinga parvifolia* en *Microphyllos*. Op Maleys Waringin Daun Kitsjil. Ternaats Gofforu. Amboinsch Nuno Laun Maun, alle drie van eene beduydinge. Balaice Baingui. Macassaars Maramia. de laage zoorte werd byzonder in 't Amboinsch genaamt Nuno Assan, na de gelykenisse van een breede zandbeuwel. Op Lohoe Kenehoene. Maleys eygentlyk Ittil, in Hort. Malab. part. 1. Fig. 26. Ittialu, in 't Braminees Aréca Goli.

*Plaats.* Zy zyn in alle Eylanden van water-Indiën bekend, doch met een kleene verandering, na de verscheyden-

tates juxta locorum varietatem, prima species ubique crescit tam in montibus quam in planitie, raro autem in densis silvis; secunda species tantum in litore reperitur, nec ita obvia est, quam prima.

*Ufus.* Lignum leviter ficcum foco utile est, sed aliis semper lignis mixtum. Tena ejus folia tanquam *Ulang* comedi possunt ad *Bocassan*, sunt autem semper duriora illis *Grossulariæ*. Baccæ cibo inferviunt omnium avium, præsertim cunctis *Pittaci* speciebus, atque ex relatu *Aroensium* etiam avibus *Paradisiacis*: fila autem ejus dependentia vires dicuntur habere exstinguendi *Macassarensium* venenum, si masticeatur, illorumque succo deglutiat, atque masticata pasta vulneri inponatur, contra pisces quoque venenatos, *Cancros* &c. laudantur, qui ex improviso comesti sunt: Eadem fila, sed potissimum humilis seu latifoliæ speciei, incolæ *Ceramenses* & insularum ad *Eurum* sitarum ad chordas arcuum adhibent, quæ in aqua macerantur, parumque contunduntur, donec mucilaginosæ sint, atque adglutinari possint ad crassitiem baculi *Javanensis*, dein lapidem ipsi adligant, atque per aliquot septimanas tali modo dependent, donec in firmas exsiccentur chordas.

*Varinga parvifolia* in *Zephyreis* *Chinæ* plagis quoque obcurrit, in provinciis *Quantung* & *Fockien*, uti & ad *Borealem* partem, ibi alta est arbor, semper virens, quæ ad vias plantatur & in magnis areis, ut umbram præbeat, idem fit per ramum alius arboris, si per aliquot tempus terra obvolvatur ac dein ad truncum dissectetur & transplantetur; *Chinensibus* vulgo vocatur *Tschéug*, doctis vero *Yon*, in ædium tectis etiam crescit, quum per avium fumum ejus semina ejiciantur, atque ibi serantur, unde & ipsis dicitur *Tsjau Ischeng*, h. e. avium *Varinga*.

Arbor *Enfanda*, quam *Portugallici* scriptores dicunt in regno *Congo* crescere, nulla alia videtur esse arbor quam *Varingæ* species, unde & verba *Caroli Clusii* libr. primo *Exotic. cap. 1.* hic subjungemus, quæ de fumpfit ex *Philippo Pigafetta*.

In insula *Loanda* sita ante ostium fluvii *Coanza*, qui partem regni *Congo* perfluit, arbor crescit ab incolis *Enfanda* dicta, quæ alta est, semper virens, ac singularis naturæ, ex ejus enim ramis, quos alte extendit, filamenta quædam seu chordæ dependent, quæ terram tangentes radices agunt, & arbusculas emittunt, talique modo propagantur. Sub exteriori harum arborum cortice alter reconditur, tenuem formans texturam, ex qua confusa, depurata, & per longitudinem ac latitudinem extensa vestimenta formantur, quibus vulgus tam mares quam feminæ suum tegunt corpus.

Supra libr. 2. in *Agallochi* descriptione innuimus, ex relatione quorundam *Sinensium*, illorum arborem unam eandemque cum hac seu saltem ejus speciem esse, magnam enim similitudinem gerit cum *parvifolia Varinga*, qua in sententia adhucdum perseveramus, donec certiorum hujus rei acceperimus relationem, in ea autem confirmor, quum anno 1677. ex *Bantama* jussi adferri ramulos quosdam istarum *Varingarum*, quæ ante regis palatium locatæ sunt, de quibus *Chinenses* ibi habitantes sæpius testati sunt, in iis *Calambacum* seu *Agallochum* latere, ipsosque odorem istius certis temporibus observavisse, & regi pecuniam obtulisse, nolebat autem permittere aliquid ex istis arboribus detruncari, multo minus, ut extirparentur. Istarum itaque ramuli cum foliis ad me delati omnino conveniebant cum prima seu alta *Varingæ parvifoliæ* specie supra descripta, qui in ramulos plures divisi erant, quibus folia infidebant inæqualis magnitudinis, binos nempe cum dimidio, & tres cum dimidio digitos longa, cæterum ejusdem formæ, atque tenuibus venulis copiosissime pertexta.

Sic quoque in *Uliassensibus* insulis vetustam *Varingæ* radicem extirpavi, quæ in rupe ad litus locata erat, quæ intus rufescebat nigricantibus venulis pertexta, & ad externam faciem verum referebat *Agallochum*, nullum vero peculiarem spirabat odorem, forte quod ab aqua marina esset conspurcata.

Quid *Malayenses* de aureis floribus referant, quos homines quidam fortunati in hac invenerunt arbore, supra capite primo relatam fuit, si modo pro aureis

dentheid der plaatzen, de eerste zoorte waft over al, zo wel in 't gebergte als in de vlakte, doch zelden in 't digte wout; de tweede zoorte vind men alleen op strand, en is zo gemeen niet als de eerste.

Gebruik. 't Hout wind-droog zynde, is bequaam tot brandhout, doch altyd onder ander hout gemengt. De jonge bladeren kan men ook als een *Ulang* eeten tot *Bocassan*, doch zyn altyd harder dan die van *Grossularia*. De bescien zyn een geduurige kost voor allerhande vogelen, inzonderheid voor alle zoorte van *Papegayen*; en na 't zeggen van de *Aroëzen*, ook voor de *Paradysvogels*: de afhangende draden werden toegeschreven de kracht van 't *Macassaarze spatte-gift* tegen te staan, als men dezelve knouwt, het zap daar van inswelgt, en 't knouwzel op de quetzouere bind, als mede tegens allerhande schadelijke visschen, *Crabben* &c. die men onvoorziens gegeten heeft. De zelfde draden, dog meest van de lage of brede zoorte, gebruyken de *Inlanders* van *Oost-Ceram*, en de zuyd-oost *Eylanden*, om peezen tot bare bogen daar van te maken, want zy wekenze in 't water, kneuzenze een weinig, tot datze stymmerig werden, en aan malkanderen kleven, in de dikte van een *Javaanze rotting*, daar na binden zy een steen daar aan, en latenze eenige weken aldus hangen, tot dat ze in styve peezen opdrogen.

Deze kleenbladige *Waringe* vind men ook in de zuyderdeelen van *China*, in de *Provincien Quantung* en *Fockien*, en ook wel noordelyker, zy is aldaar een hoge boom, altyd groen, en men plantze aan de wegen, en op groote pleynen, om schadurwe daar van te hebben; 't zelve geschied met een tak van een andere boom, als men hem een tyd lang met aarde bewind, daar na by den stam afzaagt en verplant; in 't gemeen *Chinees* biet 't *Tschéug*, maar by de geleerde *Yon*, 't waft op de daken van de huizen, door der vogelen afgang aldaar gezaayt, 't welk zy bieten *Tsjau Ischeng*, dat is vogel-*Waringin*.

Den boom *Enfanda*, die de *Portugese Schryvers* zeggen in 't *Koningryk Congo* te wassen, schynt anders niet te zyn dan een *Waringe* van dit geslagte, wesbalven wy de woorden van *Carol. Clus. libr. 1. Exotic. cap. 1.* hier by willen zetten, gelyk by ze uyt *Philippus Pigafetta* geleend heeft.

Op 't *Eyland Loando*, gelegen voor de mond van de rivier *Coanza*, die een gedeelte van 't *Koningryk Congo* doorspoeld, waft een boom van de *Inlanders Enfanda* genaamt, hoog, altyd groen, en met een byzondere nature begaaf, want van zyne takken, die by om hoog uitspreyt, werden zekere touwtjes of snaren afgelaten, die als ze de aarde raken, daar in wortelen, en nieuwe boompjes uytmaken, en op deze manier baar vermenigvuldigen. Onder de buytenste bast dezer bomen vind men een anderen, als een dun geweeft, waar van geklopt, schoon gemaakt, in de lengte uytgerekt, zy eenige stoffes maken, waar mede 't slegte volkje, zo mannen, als vrouwen, hare lichamen bedekken.

Boven in 't tweede boek in de beschryving van *Agallochum*, hebben wy gezegt, dat na het verbaal van eenige *Chineezen*, denzelven boom of eenderley zy met dezen, of een geslagte daar van, want by heeft groote gelykenisse met het kleenbladige *Waringin*, in welk gevoelen wy ook nog blyven, tot dat ik zekerder berigt daar van bekomme. Ik werd daar in gesterkt, dewyl ik Anno 1677. van *Bantam* heb laten brengen eenige takjes van die *Waringe* bomen, die voor 's *Konings Paleys* staan, waar van de *Chineezen* aldaar woonachtig dikwils getuygt hebben, dat in dezelve *Calambak* of *Agallochum* zoude schuylen, om dat zy de reuk daar van op zommige tyden gewaar wierden, ook den *Koning* geld daar voor aangeboden hebben, doch by wilde niets daar van af laten kappen, ik laat staan omkappen. De voorschreeve takjes dan met baare bladeren, by my gebragt, quamen geheel en al overeen met de eerste of hooge zoorte van onze kleenbladige *Waringin*, hier boven beschreven, zynde vol ryskens, en daar aan de bladeren van ongelyke grootte, te weten van 2½ tot 3½ vingers lang, anders van 't bovenstaande fatsoen, en met fyne adertjes doorweven.

Zo heb ik ook in de *Uliassers* een oude *Waringe*-wortel gekapt, op een klip aan strand staande, dewelke van binnen bruyn was, met swartachtige aderen gekrukt, en van aanzien 't regte *Aguilbout gantsch* gelyk, doch van geen sonderlyken reuk, misschien om datze van 't zee-water bespat wierden.

Wat de *Baleyers* van de goude bloemen verhalen, die zommige gelukkige menschen op dezen boom zullen gevonden hebben, is boven in 't eerste *Kapittel* verbaalt, zo zy

floribus non habuerunt certum quoddam luteorum folliculorum genus, qui ad digiti articuli magnitudinem aliquando ex hisce dependent foliis, & instar auri foliacei splendent, qui nihil aliud sunt nisi aurea aurelia seu Chrysalis, quæ post paucos dies inferne dehiscit, nigrumque emittit Papilionem, qualem ipse in juniore Varingæ frutice, qui ex muro domus meæ excreverat, inveni, quæ ex Erucis fabricatur in hac propagatis arbore.

*Rumphii Adpendix* hisce auctus est.

Sinensis quidam jactat sese in Java ad inferiorem trunci partem Varingæ parvifoliæ binos invenisse flores, masculinum nempe & femininum, formam gerentem *Cassombæ* seu *Carthami* floris, plerumque rubentem, atque ille maris circa apices ruber admodum seu fuscus erat: Per hunc florem prædicabat quam maxime divitem sese fuisse: Plures Varingæ species obcurrunt in *Hort. Malab. part. 3. Fig. 55, 56, 57, 58, 59.* quarum prima *Itti Arealu* Varinga parvifolia videtur esse, reliquæ quatuor adfines quodammodo sunt *Grossulariæ*.

### Tabula Nonagesima

Ramum exhibet *Varinga parvifoliæ*, quæ *Ficus Malabarica* folio *Mali cotonei*, fructu exiguo parvo rotundo vocatur in not. ad *H. Mal. tom. 3. Tab. 55.* ubi vide reliqua.

## CAPUT SEXTUM.

### Arbor Conciliorum. Caju Bodi.

Quarta Varingæ species exotica est in insulis hisce Orientalibus, ibi autem ex Java delata, ac proinde raro obcurrit; arbor vero hæc truncum gerit brevem & crassum, hominem & ultra longum, irregularem admodum, planum, & angulosum, quasi ex variis truncis compositus esset, ejus rami sese quam latissime extendunt, non in altum sed ad latera, multosque intricatos formant gyros, qui in quibusdam locis concreti sunt, in aliis vero iterum excurrunt eodem modo, ac venæ corporis humani per anastomofin concurrunt, ita ut tota arbor *Lithodendron* referat, quod ramis suis concretum est, ejus folia sunt triangularia seu cordiformia, læte viridia & glabra, albis costis pertexta, longis petiolis ramulis infidentia, inordinata, ramulique plurimis foliis onusti sunt, qui in regularem desinunt apicem, ita ut arbor densam præbeat umbram: Ex petiolis abruptis serofus exstillat fucus, qui in vulnerato cortice spissior est, dulcis, ac sine ullo acore.

Fructus plerumque bini ac bini ex foliorum alis progerminant, teneris *Ficis* magis similes, quam ulli ex præcedentibus, suntque sessiles in ramis, magnitudine globulorum sclopeti manualis, primo instar pomi virides, punctulis albis notati, ac superius quam maxime umbilicati, dein ex purpureo rubent, ac demum nigrescunt, quum alba ista punctula disparent atque umbilicus, mollescunt vero tum, saporemque habent dulcem, plurimis mollibus & oblongis referti granulis, in medio autem cavitatem formant, unde ad *Ficos* proxime adcedunt, sed semper magis fatuum habent saporem. Petiolis destituuntur, sed pericarpio infident tripetalo, quod ipsis adhæret, uti in *Pinangæ* fructibus.

*Anni tempus.* Fructus plerumque maturescunt *Novembri* & *Decembri*, raro autem in arboribus observantur, quum aves nimis cito illos devorent, nec certum etiam observat hæc arbor tempus, fructus novaque producendi folia, aliquando enim bis in anno, aliquando omnino nullos dat fructus, sæpe etiam in una arboris parte nil nisi nudi conspiciuntur rami fructibus onusti.

Observavi plerumque arborem hanc *Decembri* ad *Favonium* foliis esse ornatam, quum ad *Orientalem* plagam iis esset destituta, sed teneris fructibus onusta, qui

maar voor een goude bloem niet aangezien hebben, zeker slag van geele buysjes, die in de grootte van een vinger-lid zomtyds aan deze bladeren hangen, en als klatergoud glimmen, zynde niet anders als een goudverwig beursje of poppeken, Aurelia of Chrysalis, 't welk na weinigen dagen van onderen splyt, en een swart Kappellen uytgeeft, diergelyke ik zelfs aan een jonge *Waringe-struyk*, uyt de muur van myn buys gewassen, gevonden heb, zynde gegeneereerd uyt rupzen, die op dezelfde boom groeyen.

*Rumphius* heeft in het *Aanhangzel* dit'er bygevoegt.

Een ander *Sinees* beroemt zig op Java onder aan den stam van deeze kleinbladige *Varinge*, twee bloemen gevonden te hebben, mannetje en wyfje, in de gedaante van *Cassomba* of *Carthamus*-bloem, doorgaans roodachtig, die van 't mannetje omtrent de spitze boog-rood of bruyn. Door het bezitten van deze bloem, beroemde by zich tot groote rykdom gekomen te zyn. Meer soorten van *Varinga* ziet in *Hort. Malab. part. 3. Fig. 55, 56, 57, 58, 59.* waar onder de eerste *Itti Arealu* een kleinbladige *Varinga* wil zyn; de andere vier hebben wat gemeenschap met de *Grossularia*.

### De negentigste Plaat

Vertoont een Tak van de kleinbladige *Waringe*-boom, welke de *Malabaarze Vyge*-boom met het blad van de *Quec-Appelboom* en met een kleyn plat-ronde vrucht genaamt wert in de aantekeningen op het derde deel *Tab. 55.* van de *Hortus Malabaricus*, alwaar het overige verders ziet.

## VI. HOOFDSTUK.

### De Pitsjaar-Boom.

Het vierde geslacht der *Waringen* is een vreemdeling in deze *Oostersche Eylanden*, doch aldaar gebragt uyt Java, en dierhalven weinigen te vinden. De boom heeft een korten dikken stam, een man of anderhalf hoog, zeer ongefcikt, plat en hoekig, als uyt verscheyde stammen t'zamen gezet. De takken verspreyden hun zeer wyd en breed, niet om hoog, maar dwers, en maken veele wonderlyke kronkelen door malkanderen, zynde hier en daar aan malkanderen vast gegroeyt, en lopen dan weder van malkanderen, in maniere van de aderen in 's menschen ligbaam, die door *Anastomofin* t'zamen stoten, en den gebelen boom gelykt wel eenig *Coraal-gewas*, dat met veele takken door malkanderen gegroeyt is. De bladeren zyn driekantig of hardvormig, doch achter plat en rond gebild, vier duymen lang en breed, dikachtig, licht-groen en glad, met witte ribben doorregen, op lange steelen zonder ordre aan de takjes staande, en de ryskens zyn wel gebladert, en voor in de gewoonlyke spits eyndigende, dies de boom een dichte schaduw maakt; uyt de afgebroke steelen, druypt een wey-achtige melk, en wat dikker uyt de gequetste schorsse, ook zoet, en zonder eenige scherpigheid.

De vruchten staan gemeenelyk twee en drie uyt de schoot der bladeren, de jonge *Vygen* gelyker dan alle de voorgaande, zonder steelen, tegen de takken aan zittende, in de grootte van *pistool-kogels*, eerst appel-groen met witte puntjes, en boven op met een kennelyke navel, daar na worden ze purper-rood, ten laatsten swart, verliezende als dan de witte puntjes, en 't bovenste naveltje, maar worden week en zoet van smaak, met veele weeke en langachtige korreltjes uytgevuld, doch in de midden met een kleyn bolligheid, de *Vygen* naastkomende, doch altyd lasser. Zy hebben wel geen steel, maar rusten op een bordje van drie blaadjes gemaakt, die aan de vruchten vast zitten, gelyk men aan de *Pinang-noten* ziet.

*Sayzoen.* De rype vruchten ziet men ordinaris in *November* en *December*, doch men vindze zelden aan de bomen, om datze de *Vogelen* al te vroeg opslokken, ook boude by geen precieze tyd van vruchten en jong loof, dragende zomtyds tweemaal in 't jaar, zomtyds niet eens, dikwils heeft by ook aan de eene zyde niet dan blote takken met vruchten geladen.

Ik hebbe opgelet, dat hy meest in *December* aan de zuyd-vest zyde vol loof was, aan de oostzyde kaal van bladeren, en vol jonge vruchten, die niet te gelyk, maar na